








SUPPLEMENTUM ANNOTATIONIS

IN

LIBRUM AS-SOJUTII DE NOMINIBUS RELATIVIS,

INSCRIPTUM



CONTINENS

NOVORUM CODICUM COLLATIONEM ET EXCERPTA EX AS-SAM'ANII LIBRO
الانساب في ET IBNO 'L-ATHIRI LIBRO اللباب.


SCRIPSIT

PETRUS JOHANNES VETH,

Phil. Theor. Mag., Litt. Hum. Doctor; Instituti Regii Neerlandici
Classis Tertiae Sodalis; Litt. Orient. in Illustri
Athenaeo Amstelodamensi Professor.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud E. J. BRILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUM.

MDCCCLI.



PRAEFATIO.

Multis gravibusque negotiis distractus, per longum tempus hocce Annotationis Supplementum, cujus complures plagulae jam ante aliquot annos typis expressae fuere, absolvere et in lucem emittere non potui. Postquam anno 1842 *editionem textus libri* لب اللباب *ad finem perduxeram, virorum doctorum et litterarum Orientalium fautorum benevolentia et liberalitate multa nova subsidia mihi affluxere, quibus textum jam editum emendarem illustraremque. Debebam adhuc lectoribus collationem partis prioris ejusque majoris Codicis C., mihi transmissi a Clar.* Caussin de Perceval, *quo in textu constituendo a littera demum* كاف *uti potueram (vid. p.* ٢١٧, *not.* b.). *Doct.* Gottwaldtus *Petropoli misit collationem novi Codicis, possessorem habentis Scheichum Mohammed Tantavi, quem in Supplemento Annotationis signavi littera* D. *Cl.* Wüstenfeld *suppeditavit apographum, a se ipso confectum, Codicis Gothani, continentis partem priorem libri Ibno 'l-Athiri, cui titulus* كتاب اللباب فى تهذيب الانساب, *decurrentem usque ad capitulum de* الخناق. *Omissum quidem erat in apographo caput litterae* ا, *quippe quod auctor jam anno* 1835, *in* Specimine el-lobabi, *a se edito, publici juris fecerat; sed quum in isto libello nonnulla brevitatis studio ab editore fuissent omissa, quo tamen, ut in annotatione textui subjecta identidem significaveram, interdum mihi dubitandi locus relictus esset,* Wüstenfeldius, *qua est singulari humanitate, locos omnes, de quibus dubitaveram, denuo contulit, et uberiora excerpta mecum communicavit. Doctissimus* Johannes Lee, *cujus insignem benevolentiam jam semel in hoc opere tractando expertus fueram, denuo ditissimum suum Codicum Orientalium thesaurum mihi aperuit, et maximi momenti adjumentum suppeditavit, volumen quintum libri as-Sam'anii* فى الانساب, *incipientem a capitulo de* السلاحى *et desinentem in capitulo de* العزيرى. *Taceo nunc de aliis minoris momenti annotationis exornandae subsidiis, uti etiam*

de iis, quae paucis hîc tetigi, in Prolegomenis uberius relaturus sum. Quod nunc mihi ut moneam superest, hoc est. Postquam haec subsidia omnia nactus eram, Prolegomenorum, quae brevi ultimam textus partem secutura esse anno 1842 promiseram, conscriptionem differendam esse sensi, et primum ad nova subsidia critica et exegetica animum esse advertendum. Itaque Annotationis Supplementum edere mihi proposui, magnoque ardore novis subsidiis manum admovi; sed opportunitas desiderio defuit. Tandem aliquando saepius interruptum annotationis laborem absolvere contigit, quem, ne diutius eo careant, qui Sojutii libello a me edito cum fructu uti velint, jam separatim edere lubet. Continet Annotationis Supplementum duorum codicum memoratorum collationem, excerpta ex Ibno 'l-Athiri as-Sam'aniique codicibus, et multas undique ex libris editis congestas observationes, qua in re tamen dolendum est, in plagulis prioribus, dudum typis expressis, consuli non potuisse plures libros aut librorum partes, novissimis annis edita, quibus in posterioribus tantum uti licuit. Addenda, quae cum Prolegomenis editurus sum, hunc defectum, quantum fieri poterit, supplebunt. Prolegomena ista, quae etiam integra quaedam capita, ex Ibno 'l-Athiri et as-Sam'anii operibus excerpta, et una cum iis quae jam antea indicavi, etiam septimam paragraphum de علم الانساب *continebunt, brevi secutura esse denuo promittere non audeo, postquam semel promissis stare non potui. Faciam tamen quod potero, sperans fore ut aequi lectores coactam procrastinationem benevole mihi condonent.*

Multa etiam in hac operis mei parte virorum doctorum indulgentia egere probe sentio; unum errorem graviorem, p. 78 in annot. ad capit. de الحوضى *versus finem commissum, postea animadverti et p. 170 in annot. ad capit. de* العزيزى *revocavi.*

Amstelodami, P. J. VETH.

die 1 Augusti 1851.

SUPPLÉMENTUM

ANNOTATIONIS.

SUPPLEMENTUM

ANNOTATIONIS.

Praefatio quum pauca contineat paulo difficiliora, lubet eam versione et paucis observationibus illustrare. Sensus itaque hic est:

Laus sit Deo, cui nihil est [a] quod ei simile sit aut unde ortum ducat. Testor (symbolum Islamismi [b]) *non esse Deum praeter Deum O. M. solum*, *cui socius non sit*, omni dubitatione et incertitudine esse exemtum. Testor Mohammedem ejus servum esse et legatum, insignem genere nobilissimo, et praestantissima a majoribus derivata dignitate [c]; propitius sit Deus et benedicat, ei ejusque familiae et sociis, qui vinculis fortissimis [d] cum eo continentur. Hocce opus id praestat, quod, qui prudenter traditioni [e] operam dat, vehementer desiderat in compendio genealogico, quum stet proposito, vicem expleat multae inquisitionis, et caveat ne nimis insistat rebus ab hoc argumento alienis.

---

a) Pro المتنزه D. offert المنزّه eodem sensu.

b) Verba لا اله الا — شريك له nominis loco sunt, quare scribendum est أنّ, et *δυνάμει* in accusativo sunt posita. Sunt autem subjectum enuntiationis, cujus praedicatum est خالصةً. Id etiam magis perspicuum est in Cod. C. qui ante خالصة inserit شهادة. Cf. de hoc structurae genere Sacy, *Gr. Arabe*, T. II. §. 204, 234.

c) حَسَب est *dignitas*, *quam quis majorum virtutibus debet*, quare saepius jungitur cum نسب, v. c. *Vita Timuri*, T. I. p. 210: فلا يرحم - - - شريف لنسبه ولا منيف لحسبه; ibid. p. 230: انساب اكابرها - - - احساب اكاسرها; T. II. p. 222: ان حسبكم حسبى ونسبكم متصل بنسبى.

d) Cum lectione recepta conspirant C. et D. De usu vocis اسباب, quo vincula significat, qua homines inter se junguntur, cf. Cor. II: 161.

e) Cff. quae de usu genealogiae in traditionis disciplina monui Proll. §. 2, initio.

Emedullavi in eo *Medullam* Ibno-l-Athiri, omniaque integra servavi quae pertinent ad vocum orthographiam, adjectis multis ad eam additamentis. Tum persecutus sum in eo res quas neglexit, et inserui voces quas omisit. Additamenta mea a reliquis segregavi addita in fine [a] voce انتهى (finis), et ab initio voce قلت (dico). Et inscripsi hunc librum *Medullam medullae de correcta pronuntiatione nominum relativorum.* Deus hunc librum purum reddat coram facie sua [b], et immunem ab erroribus, vitiis et quae hujus generis plura sunt. Ecce prope adest et annuit, in eo spem repono et ad eum me converto.

باب الالف الممدودة

الآبسكونى. Post المهملة D. inserit: وضم الكاف. اخره نون.

الآبندونى. — المهملة. D. الدال المهملة.

الآبنوسى. — مهملة. D. سين مهملة.

الآبى. — ابة. Sic quoque C.; D. ابه بموحدة. Abulf. p. ۴۱۹: وآبة تسميها العامة آوه. Cf. infra in الأوهى. — ساوة. C. et D. ساوه.

الآتارى. — قلت. Adest in C. et D.

الآجرى. — الرا. D. الرا المهملة. — درب الاجر, ubi sit neque Sojutius, neque Ibno-l-Athir indicant.

الآجنقانى. — اجنقان. C. aeque ac B. اجنكان. D. احنكان.

الآجرى. — الرا. D. الرا المهملة.

الآدمى. — ابو بكر احمد. Dhahabi, citatus in Meursingii *Spec.* p. 143: ابو بكر بن احمد — الاسترابادى. C. الاسترآبادى. — اليه. C. et D. aeque ac B. به; sed veram lectionem servasse videtur A.

---

a) Voces اخرها et اولها in accusativo esse proferendas docet homoeoteleuti ratio, quum sibi respondeant exitus vocum اهملها, اغفلها et اولها.

b) H. e.: Caveat Deus ne quidquam contineat, quod sibi displiceat et in errorem ducat. Tenendum est علم الانساب pertinere ad disciplinas orthodoxas, quae omnes cum rerum divinarum studio aliqua ratione sunt conjunctae. Genealogia, ut jam verbo monui, cohaerebat cum traditione.

الآذرمى. — المعجمة. D. الذال المعجمة. — اذنة. C. أَذَنَة. Caeterum Sojutius hic negligentius excerpsit, exposita tantum Sam'anensis sententia et neglecta Ibno-l-Athiri correctione, qui hoc addit: قلت انما هو بهمزة مفتوحة غير ممدودة وسيذكر فى بابه. Cf. infra in الأذرمى.

الآذينى. — المعجمة. D. الذال المعجمة. — الحسن. Sic etiam C. et D. — اذينوه. D. اذينون, male.

الآذيرخانى. In tradenda hujus nominis orthographia C. conspirat cum A. et B., et vocalium puncta insuper hoc modo adscribit الآذيرْخانى. Neque tamen per hallucinationem in *Specimine el-Lobabi* scriptum est الآذيرْخَانى. Nam disertis verbis in Codice adscriptum est: بضم الياء وسكون الراء. Itaque admodum opportune D. offert: بكسر الذال المعجمة وضم التحتية, quae sine dubio vera lectio est. In Lex. Geogr. apud Uylenb., p. 62, scriptum est: اذيوخان بكسر الذال المعجمة ويا ساكنة وواو مفتوحة.

الآرهنى. — not. *p*). Capitulum de الآزاذانى sine dubio omisit Sojutius. Deëst in omnibus Codd. Ibno-l-Athir: الى آزاذان وهى قرية من قرى اصبهان.

الآزاذوارى. D. الازاذوارمى. — من ازاذوار D. ازاذوارمى (sine من). Utrumque male. Abulf. p. ۴۵. scribendum praecipit أزاذوار بالهمزة — — — وذال معجمة وواو مفتوحتين.

الآسى. — عبد القاهر الفرضى. D. عبد القادر القرصى, male. — اسة. C. utroque loco آسة. — المرسى, C. et D., aeque ac B., المرسين, et recte quidem. Est enim المرسين myrthi species, et hoc nomine Sojutius interpretatus est nomen آسة, Aegyptiis fortasse minus notum; مرسين legitur etiam *Taus. u. eine Nacht*, ed. Habicht, T. I. p. ۱۴۷. — انتهى. Desideratur etiam in C., adest vero in D.

الآغزونى. — المعجمة. D. الغين المعجمة. — بخارى. Notavimus W. edidisse بخارا; sed codex Ibno-l-Athiri بخارى offert. — Caeterum Sojutius tam hic, quam infra, notare neglexit, nomina relativa الآغزونى, الأغذونى et الأغزونى, quae omnia separatim suo loco memorat, revera scriptione tantum differre, sed ad eundem locum esse referenda, quod tamen tam hic, quam in الاغذونى, observat Ibno-l-Athir.

الآلُوزانى. In *Specimine el-Lobabi* male editum est الآلُوزانى. Codex ita scribere jubet, ut a Sojutio factum est. Caeterum cf. infra in الألوزانى.

الآمريّة. — not. *c*). Capitulum omissum (nam etiam in C. et D. desideratur) sic se habet: الآمرى نسبة الى الآمر وهو المطعم بن حَرَام بن جُذَام بطن من جُذَام.

الآملى. — وامـوى. Ita legendum esse confirmant C. et D. Videtur tamen errasse Sojutius, relativum آموى pro ipso habens urbis nomine, cui ansam dare potuit Ibno-l-Athir (vide ejus locum textui subjectum). Certe Abulf. p. ۴۳۰ sic scribit: وبعضهم يسمّيها امو اختصارًا.

حرف الهمزة المقصورة

الاباحتى. Sic recte quoque C. et D. — انتهى deëst etiam in C. et D.

الاباضى. — معجمة. C. المعجمة, male.

الابح. C. الابحى, male. — Pro المنقير in *Spec. el-Lobabi* lege المَنْغير.

الابدى. — ابدة. Etiam C. ابده.

الابراهيمى. C. minus recte الابرهيمى, ut ordo evincit quo capitulum collocatum est. — not. *p*) W. الحبان. Vox in Cod. obscurius scripta, ita tamen ut legi possit الخباز, ut offert Sojutius. — Post الخباز solus D. inserit الهروى, quod recte se habere docet Ibno-l-Athir. — ابراهيم. Sic recte C. et D.

الابردى. — ودال. C. ut B. والدال. — Caeterum cf. mox in الابوذى.

الابريسمى. — والسين. Omittit D. — المعروفة. C. المعروف.

الابرينقى. — البا. D. البـا الموحدة. — ابرينة. C. ابرينه, et revera ه in fine vocum Persicarum, quamquam Arabes saepe addunt puncta, rectius scribitur خالصَّة. Pro ejusmodi ه Arabes saepe substituunt ق (unde ابرينق ortum). Cf. p. ۴٥ not. *c*, ۱۰۸ not. *y*, ۱۱۸ not. *u*, ۲٥۹ not. *c*, ۲۹۲ not. *p*, et Sacy *Gr. Arabe*, T. I. §. 33.

الابرى. — فالفتح. C. والفتح, ut B.

الابزاري. Vide infra ad البزارى.

الابلى. — ابلة. C. أُبلّة — وفتح البا الموحدة. Abulf. p. ۳۰۸: بضم الهمزة والبا. Vox البا omittitur in D.

الابناوى. — طاووس. C. et D. طاوس. — In hoc capitulo plura omisit Sojutius, sed integrum Ibno-l-Athiri locum dedi in Prolegomenis.

الابوذى. Rursus hic Sojutius Ibno-l-Athiri neglexit correctionem, quae simul pertinet ad capitulum de الابردى. Nam quum Sam'anensis in الابردى dixisset والمشهور به احمد بن يونس بن سويد الصدفى الابردى, in الابوذى vero rursus eundem virum excitasset, hanc observationem addidit Ibno-l-Athir: قلت هذا احمد بن يونس هو المذكور فى الابردى بالرا والدال المهملة واحدهما تصحيف من الاخر والصحيح بالواو والدال المهملة.

الابهرى. — زنجار. Hanc erroneam lectionem offert quoque C. In D. legitur زنجا. Cf. infra ad الرانى.

الابيارى. — والتحتية. C. فالتحتية. — مصر. C. المصر.

الابى. — ابة. C. أُبّة. — Post الابى in solo D. sequitur capitulum hocce: الابيانى بكسر الهمزة وبعد الالف نون الى ابيان من عمل الرى. Sed sine dubio e margine in textum irrepsit. Non modo enim deëst in reliquis Codd., sed quum etiam apud Ibno-l-Athirum non legatur, vel sic tamen قلت et انتهى non sunt adscripta.

الاتشندى. — اتشند. D. اشتند.

الاتقانى. — فاراب. D. قاراب.

الاتاربى. — اتارب. Abulf. p. ٢٣١ scribit cum articulo.

الاترم. — متقتتة. C. متقتة.

الاتط. C. الابط. — كالابج. C. كالابج.

الاثناعشرى. De causis, cur hanc formam improbet Sojutius, conferri possunt Hariri in Sacyi *Ánthol. Gr.* p. 55. t. A. et Sacyi *Gr. Ar.* T. I. p. 428. — انتهى. Deëst quoque in C., sed adest in D.

الاجذمى. — الاجذم. C. اجذم. — عاملة. Sic recte D. C. سابلة, ut B.

الاُحتياطى. Vocales ut hic apposui ex Ibno-l-Athiro sunt desumti, qui tamen de nominis origine nihil refert. Sine dubio ductum est ab infinitivo formae VIII verbi حاط. — شُهْرة hic sine dubio significat *appellationem vulgarem*, ut apud Ibno-l-Athirum sexcenties هذه النسبة اشتهر بها, aut quod h. l. offertur, عرف بها. Idem, ni fallor, significat شُهْرة in hoc *vitae Timuri* loco, T. II. p. 808: واسم كل ولقبه وشهرته ونسبه.

الاحروجى. Hanc veram lectionem esse confirmant C. et D., et in Ibno-l-Athiri Codice diserte adscriptum legitur بضم الراء. — احروج. C. اخروج.

الاحسبينى. In fine capituli addit Ibno-l-Athir: ويقال ان احسبين هو عقبة بن شهاب ابن نمر بن نمير بن ضَمْعَج الشاعر قال ذلك ابن حبيب عن ابى [l. ابن] الكلبى.

الاحصبى. — وموحدة. C. وبموحدة. — الاحصبين. C. sine artic., atque ita quoque, quod notare neglexi, Ibno-l-Athir, qui insuper dubius haeret inter احصبين et اخصبين. — not. *b*) الاحمدى. Sojutius omisisse videtur, quum nulla ab Ibno-l-Athiro addita sit explicatio. Scribit autem المشهور بهذه النسبة ابو عيسى العباس بن احمد الخ, e quibus facile efficitur nomen الاحمدى referendum esse الى والده.

الاحمسى. Addit Ibno-l-Athir: وقيل ان احمس هو احمس بن ضبيعة بن ربيعة --- وفى اليمن احمس بن الغوث بن انمار الخ.

الاحلافى. Adde ex Ibno-l-Athiro: الى الاحلاف من قريش لهم ذكر فى حِلْف المُطَيَّبين et الى احد قبيل ثَقيف. Cf. Freyt. *Lex.* in حلف et in طاب.

الاخبارى. Statim post hanc vocem D. inserit بالمعجمة. — Post hoc capitulum sequitur apud Ibno-l-Athirum: أخدرى هذا اسم يشبه النسبة الخ, quae jure suo omisit Sojutius. Neglexi hoc notare in notis textui subjectis.

الاخسيكثى. — التحتانية. C. التحتية.

الاخميمى. Integrum de hac نسبة Ibno-l-Athiri capitulum offerunt Proll. nostra.

الاخنسية. — الاخنس. Ibno-l-Athir الاخنس بن شريق. Videtur itaque idem esse, qui memoratus est in الاخنسى.

الاخيلى. — معوية. D. معاوية. — عقيل. D. عقيلى.

الادرعى. — ابن. Etiam D. minus recte بن.

الادرمى. — ملك. C. مالك. In D. بن ملك omissum est. — not. *u*) الادومى. Diserte in Ibno-l-Athiri Cod. additur: بعد الهمزة دال مهملة وواو وميم et refertur nomen الى الادوم بن السكسك.

الادريسى. — الى جد est breviloquentia pro الى جد المنتسب اليه, et sexcenties in hoc oper recurrit.

الادفوى. — بلد. C. ابلدة, nisi malis distinguere ادفوا بلدة.

الإدمى. In Cod. C. aliena manu inter lineas adscriptum est: بضم الهمزة قاموس. Cf. de hac نسبة Meursingii *Specim.* p. 143.

الاديمى. — الاديم. C. sine artic., ut B.

الاذربى. — انتهى. Deëst quoque in C.

الاذرعى. — أَذْرِعات. Secundum Abulf. p. ٢٥٢ scribendum بفتح الرا. Cf. Sacyi *Chrestom.* T. II. p. 125. Etiam D. post بكسر الرا inserit ويفتح.

الاذرمى. — أَذَرِمة. Haec igitur est vera scriptio pro آذرم, judice Ibno-l-Athiro, quem citavimus ad الآذرمى.

الاربنجنى. — ربنجن. D. ربيجن.

الاربنجى. D. الاربلجى. — الاخرة. C. الاخيره.

الارتبانى. — الفوقانية. C. et D. الفوقية. — التحتانية. C. التحتية. — استوا. D. استوار.

الارجانى. — الرا. Deëst in D. — ارجان. De varia hujus nominis scriptione cf. Abulf. p. ٣١٨. Monet Ibno-l-Athir ويقال لها ارغان. Cf. etiam capitulum de الرجانى. — Post hocce capitulum in solo D. sequitur: الارجونى الى قرية من عمل جيان منها عبد الله. Hoc vero aeque atque capit. de الايبانى, de quo supra vidimus, e margine in textum irrepsisse, easdem ob causas, mihi videtur.

الارجآئى. C. الارحايى. D. الارحانى. — وبعد. D. بعد.

الارديلى. — not. *i*) بضم الهمزة. Sed Abulfadai edit. Parisiensis p. ٣٩٨, aeque atque Lobabi Cod. Gothanus, offert بفتح الهمزة, quod igitur sine dubio recte se habet.

الاردستانى. — فسكون. C. فالسكون, quod rectius videtur — المهملة. D. miro errore الهمزة الثانية. Caeterum اردستان, secundum Lex. Geogr. apud Uylenbr. p. 62, pronuntiandum est: بالفتح ثم السكون وكسر الدال.

الارزكيانى. — نصر. C. نصر, et ut nunc puto recte. Sic enim Ibno-l-Athir, et effici potest ex B. Praeterea scribi solet النّصْر cum artic. — يد. C. يدى.

الارزناجانى. — not. *s*). In C. quoque desunt قلت et انتهى, sed opportune adsunt in D. Caeterum أَرْزَنْجان esse Armeniae urbem, et scribi quoque أَرْزَنْكان, constat ex Abulf. p. ٣٩٢.

الارزنى. — بديار بكر. Duplicem urbem nominis ارزن memorat Abulf., ارزن الروم, de

qua agit ed. Paris. p. ٥٢ et ٣٨٤, et quam refert ad بلاد الروم, et ارزن قرب خلاط, quam ad Armeniam refert, et de qua dicit p. ٧١, ٣٨٥ et ٣٩٤. Similiter distinguitur inter utramque hanc urbem in Lex. Geogr., ubi tamen ambae ad Armeniam referuntur. Verba (citata a Schultensio in *Ind. Geogr.* ad *vitam Saladini* v. *Arzeroum*) haec sunt: ارزن مدينة مشهورة قرب خلاط لها قلعة حصينة كانت من اعمر نواحى ارمينية وارزن الروم بلدة اخرى من بلاد ارمينية ايضا. Notat Abulf. p. ٣٨٥ et ٣٩٥ etiam Jacutum in مشترك, urbem ارزن الروم ad Armeniam referre [a], sed insuper addere: وارزن ايضا بلد قرب خلاط. Itaque testimoniis Geographorum Arabum satis constare videtur, distinguendum esse inter duplicem ارزن, sed quum Ibno-l-Athir (quem sequitur Sojutius) simpliciter utatur nomine ارزن, eamque urbem neque ad الروم, neque ad Armeniam, sed ad ديار بكر referat, non statim perspicuum est utram ارزن ob oculos habuerit. Et Abulfadaus quidem statuisse videtur, eum significare ارزن قرب خلاط, nam p. ٣٩٥, de hac urbe agens, postremo addit: قال فى اللباب وارزن مدينة بديار بكر وكان [b] لم يحصل ذلك والصحيح انها من ارمينية كما قال ياقوت. Ab altera parte ex Ibn Challikano effici possit ارزن الروم esse ارزن بديار بكر. Hic enim, T. I. p. ١٠٩ ed. de Slane, sic scribit والقالى نسبة الى قالى قلا - - - وهى من اعمال ديار بكر كذا قاله السمعانى (cf. in القالى) ورايت فى تاريخ السلجوقية تاليف عماد الدين الكاتب الاصبهانى ان قالى قلا هى ارزن الروم والله اعلم وذكر البلاذرى فى كتاب البلدان وجميع فتوح الاسلام [c] فى فتوح ارمينية ما مثاله [d]. Hunc locum citat quoque Abulf. p. ٢٧٩, in descriptione urbis قاليقلا, quam ipse quoque refert ad الجزيرة, et p. ٣٨٥, in descriptione urbis ارزن الروم, hoc scribit: وقد قاليقلا هى ارزن الروم ان - - - وعن ابن خلكان تقدم الشرح فيها مع جملة بلاد الجزيرة مما يغنى عن الاعادة. Quum igitur appareat ارزن الروم revera ad الجزيرة referri, vix dubitaveris quin ارزن بديار بكر sit ارزن الروم, et quin male Abulf. p. ٣٩٥ Ibno-l-Athiri locum ad ارزن قرب خلاط retulerit; praesertim quum ex situ urbis ارزن الروم facile intelligatur, quomodo modo ad Roum, modo ad

---

a) Nota integram Armeniam ad بلاد الروم referri in الارمينى.

b) Sic scribo cum Wüstenfeldio, in *tabb. quibusdam Abulf.* p. 36. Edit. Paris. offert وكانّه. Quicquid eligas, حصّل significare videtur *recte exposuit*.

c) Significat Ibn Chall. librum, qui vocari solet كتاب فتوح البلدان, de quo vid. Hamaker, *Spec. Cat.* p. 7.

d) ارزن الروم et قاليقلا eandem esse urbem confirmat etiam Edrisi. Vid. Stüwe, *die Handelszüge der Araber*, p. 184.

Armeniam, modo denique ad Mesopotamiam referri potuerit. Sed quae ita lucrati esse videmur, rursus incerta reddit Abulfadai locus in *Annal.* T. IV. p. 366. Scribit enim l. l.: واستولى الملك المظفر غازى بن الملك العادل على ارزن من ديار بكر وهى ارزن قرب خلاط غير ارزن الروم. Hoc igitur loco, aut ارزن بديار بكر est eadem quae ارزن قرب خلاط (et revera vidimus de hac urbe Ibno-l-Athiri locum cepisse Abulfadaum), aut est tertia urbs, tam ab ارزن الروم, quam ab ارزن قرب خلاط, diversa. Quicquid eligas, aperte hicce locus pugnat cum Ibno-l-Athiri reprehensione, *Geogr.* p. ٣٩٥ pronuntiata.

الارزى. C. الأَرَزّى. Excidit hocce capitulum in D. Monet Ibno-l-Athir: وبعضهم يقول الرزى بحذف الهمزة. Cf. in الرَّزَّاز.

الارسابندى. In fine hujus capituli sequentia leguntur in D.: لم يضبط السمعانى هذه النسبة وقد قال فى مختصر البلدان ارسابند بالفتح ثم السكون وسين مهملة والف وبا موحدة مفتوحة ونون ساكنة ودال مهملة قرية بينها وبين مرو اى (?) وضبطها فى جامع الاصول لذلك [l. كذلك]. Sed haec Sojutium non habere auctorem, sponte intelligitur.

الارفودى. — ودالة. C. et D. ودال. — كرمينية. C. كرمينه. D. كرمينة.

الارقمى. C. الارقمنى. — غرير. C. عزيز. — الاراقم. D. الارقم. — In fine hujus capituli addit Ibno-l-Athir: وهى ايضا نسبة الى الاقرم [l. الارقم] بن النعمان — بطن من كندة, quod neglexit Sojutius.

الارمنازى. Cf. Ibn Chall. ed. de Slane, T. I. p. ١٤١.

الارمنى. — الارمن. C. الارمن من. Etiam in Lobabo simpliciter legitur: بلاد الارمن هى طائفة من الروم. Sed hoc ejusdem libri auctoritate magis perspicue enuntiavit Abulf. p. ٢٣٤: الارمن — — هم طائفة من الروم ويقال لبلادهم بلاد الارمن.

والارمنتى. C. omissa و et additis punctis الأَرْمَنْتِى et mox أَرْمَنْت, sed male. Cf. Abulf. p. ١١٠. — انتهى. Deëst quoque in C.

الارموى. — اذربيجان. C. ازربيجان.

الارمينى. — ارمينية. D. ارمينة.

الارنبوى. — رحمه الله تعالى. Omittunt C. et D. — اظنها. Quum loci nomen non adscribat, et dubitanter de eo loquatur noster, operae pretium videtur sequentia e Lex. Geogr. (apud Uylenbr. p. 62) hic conferre: ارنبويه بفتح اوله وثانيه وسكون النون وضم البا الموحدة وسكون الواو ويا مفتوحة خفيفة وها مضمومة فى حال الرفع من قرى

الرى بها قبر الكسائى ومحمد بن الحسن الفقيه ويقال بغير همزة. Idem fere repetitur p. 67 in voce رَنْبُوَيه. Ipsa Sam'anensis verba, ad quae provocat Sojutius, ut refert Ibno-l-Athir haec sunt: [l. النيسابورى] قال هذه النسبة رايتها فى تاريخ الحاكم نيسابورى فظنى انها الى بعض قرى نيسابور. Nulla igitur alia de causa Sam'anensis ارنبويه pro pago Naisaburico habuisse videtur, quum quod nomen relativum inde ductum invenerat in Chronico Naisaburensi. Vides quam leve et paene nihil sit hoc argumentum, quare vix dubito quin idem locus significetur, de quo citavimus Lex. Geogr. Apud Ibn Chall. ed. de Slane, T. I. p. ٤٥٨, sequentia leguntur: وتوفى [الكسائى .sc] برنبوية قرية من قرى الرى الخ.

الاروای. C. الاروائى.

الازجاهى. — ازجاه. Sic etiam C. et D. Abulf. p. ٤٤٧ Lobabi auctoritate offert ازجاوة, sed ex conspiranti Ibno-l-Athiri et nostrorum Codicum testimonio corrigendus est.

الازدى. — شنوءة. Sic C. (additis vocalibus) et D. Et in *Spec. el-Lobabi* شنوت est tantum editoris error. Caeterum monet Ibno-l-Athir: ابو سعد السمعانى - يوهم ان فى العرب عدة قبائل ينسب اليها يقال لكلهم (لكلها .l) الازد وليس كذلك انما الجميع ينسبون الى الازد بن الغوث بن نبت بن ملك. Cf. etiam in الاسدى. — ملك C. et D. مالك.

الازرقى. — صاحب تاريخ مكة. Ibno-l-Athir: هذه النسبة الى الجد الاعلى وهو ابو محمد احمد بن محمد بن الوليد بن عقبة بن الازرق الازرقى الغسانى المكى وحفيده ابو الوليد محمد بن عبد الله بن احمد صاحب كتاب اخبار مكة. Cf. Hadji Chalfa ed. Flügel, T. II. p. 151, qui pro ابن عبد الله scribit ابن عبد الكريم, et quem sequitur d'Herbelot in *Tarikh Meccah*.

الازركانى — not. n). Ad الازركيانى notat Ibno-l-Athir: هو المذكور فى الارزكيانى بتقديم الرا على الزاى ولا شك ان احديهما تصحيف.

الازمى. — بسيراف. D. بشيراز. — مبرمان. Sic D., sed etiam C. ميرمان.

الازناوى. — ازناوة. Lex. Geogr. apud Uylenbr. p. 63: [l. ازناوة] ازناو - ويقال ارباوة. Cf. etiam Abulf. p. ٤٠٩.

الازهرى. — صاحب التهذيب. Indicatur ابو منصور محمد بن احمد الازهرى الهروى. Vid. Ibn Chall. ed. de Slane, T. I. p. ٧٠٤. Abulf. *Ann. Mosl.* T. II. p. 548. Hadji Chalfa, T. II. p. 479. Hamak. *Spec. Cat.* p. 40, 166. d'Herbelot in *Azhari*. —

عوانة. C. عُوانة. — الخطيب est celeberrimus ille concionator Bagdadensis ابو بكر احمد بن على. — رحمه الله تعالى. Desunt in B. C. et D.

الاسبارى. Lex Geogr. apud Uylenb. p. 63: أَسْبَار -- قرية على باب جى مدينة اصفهان ويقال لها اسباريس [l. اسبارديس]. Vides a breviori forma nomen relativum esse ductum.

الاسباطى. — عيسى. C. عيس.

الاسبانيكتى. — اسبيجاب. D. اسبجاب. — الاسبيجابى. D. الاسبجابى.

الاسبذى. — وقيل. Post hanc vocem C. male inserit قرية. الى, quod hic excidisse suspicabar, nullus Cod. offert, nec ut addatur necesse est. — عبدها. Haec lectio Codicis B. ex Ibno-l-Athiro certa est. Sed C. et D. ut A. عندها. — قومه. C. قوة, sed D. قومة, quod, quamquam male ة cum punctis scribitur, conjecturam meam certam reddit. Ex Ibno-l-Athiro discimus الاسبذيون fuisse nomen posterorum عبد الله بن زيد ابن عبد الله بن دارم. Quae nominis derivatio, sive vera, sive falsa, apud Sojutium secundo loco posita est, explicanda est e nomine إسبذ, quo Arabes *veredum* significant, quodque ex Persico اسب, *equo*, est corruptum. Nomen اسبذكان fortasse ex eodem اسبذ et ex terminatione كان (vid. Vullers, *institt. linguae Pers.* p. 172) est compositum, et fortasse ab eodem equi cultu ductum fuit. In hac enim urbe iste عبد الله بن زيد sedem fixisse apud Ibno-l-Athirum legitur. Nomen autem hujus urbis alibi frustra quaesivi. Caeterum equi cultus in veterum Persarum religione fundatus fuisse videtur. Cf. Bähr, *Symbolik des Mosaischen Cultus*, T. II. p. 226 sq.

الاستانى. — فالتاء. C. والتاء.

الاستراباذى. — استراباذ. C. استرباذ. Ibno-l-Athir: وقد يلحقون فيه الفا اخرا بين التا والرا فيقولون استاراباذ الا ان هذا اشتهر. Hunc locum citans Abulf. p. ۴۳۹ pro postremis scribit: الا ان ما ذكرناه اشهر. Praeterea docet Abulf. secundum Jacuti مشترك pronuntiandum esse بفتح الهمزة.

الاستغداديزى. D. الاشتغداديزى. — السين. D. الشين. — المعجمة. D. المعجمين. — استغداديزة. C. (ut B. et W.) استغداديزه. D. اشتغداديزه. Lectiones hic in D. oblatas falsas esse capitulorum ordo evincit.

الاستواى. C. الاستوالى, et mox primo quidem scriptum fuit استوا, sed ل inter lineas postea adscripta. Secundum Ibno-l-Athirum ت cum Fatha et cum Dhamma scribi potest. Cf. Abulf. p. ۴۴۳.

الاسحاقى. — اسحاق. C. اسحق.

الأَسْدَاباذى. In *Specim. el-Lobabi* editum est الأَسْدَاباذى, contra Codicis auctoritatem, sed tamen non male. Jacutus apud Uylenbr. p. 9: اصله اسد بالتحريك ومعناه عمارة اسد — — الا انهم سكّنوا السين عُجْمَةً. Cujus loci opportunitate moneo Persicum آباذْ (i. e. *habitatio*, *cultus locus*) quocum sexcenta in hoc opusculo memorata nomina composita sunt, semper tam ab Ibno-l-Athiro, quam a Sojutio, efferri اباذ, in Lex. vero Geographico plerumque, sed non semper, pronuntiari اباد.

الاسروشنى. — اوله. C. الهمزة. — الشين. Deëst in C. et D. — اسروشنة. Etiam C. et D. offerunt erroneam scriptionem اسزوشن, quam igitur in Sojutii autographo adfuisse credibile est. In Ibno-l-Athiro tamen etiam Abulf. legisse videtur اسروشنة. Vid. p. ۴۹۹.

الاسعدى. — رحمة الله. Deëst quoque in C. et D. — Caeterum cf. *Hamasa*, ed. Freytag. p. ۴ l. 10.

الاسفذنى. — والمعجمة. D. والذال المعجمة.

الاسفراينى. — والرا. C. والرا المهملة. — همز. C. همزة. — انتهى. Deëst etiam in C. et D.

الاسفرنجى. — الى اسفرنج. Deëst etiam in C. et D. Itaque Sojutius non adscripsisse videtur. Certum tamen ex Ibno-l-Athiro, indicati loci nomen إسفرنج esse scribendum.

الاسفسى. — اسفس. Ibno-l-Athir: يقال لها سبس.

الاسفنجى. — اسفنج. Ibno-l-Athir: يقال لها سبنج.

الاسفيذبانى. — اصبهان. C. اصفهان.

الاسفينقانى. Sic recte C. et D. — المهملة. Deëst quoque in C. et D. — القاف. Post hanc vocem inserit C. والنون الاخرى فى اخره, quod si ab ipso Sojutio profectum est, sine dubio tamen scripsit ونون اخرى.

الاسكارنى. — اسكارن. D. سكارن.

الاسكاف. D. الاسكافى.

والاسكافى. — اسكاف بنى الجُنَيْد. Cf. Sacy *Chrest. Ar.* T. I. p. 327. — والى الاسكفة. Obscurius est hoc additamentum, quod Sojutio deberi videtur, quamquam قلت et انتهى non adscripta sunt. Certe nihil ejusmodi legitur apud Ibno-l-Athirum. C., additis vocalibus, scribit الأَسْكُفَّة. Voluit, opinor, الأُسْكُفَّة, *limen portae*.

الاسكلكندى. — الكائين. D. الكاف. — طخارستان. C. طحارستان. — بلخ. C. quoque وبلخ. — سكلكند. C. سكلكند. Cf. capit. de السكلكندى.

اسكندرانى. E tribus locis, ad quos hanc نسبة refert Ibno-l-Athir, unum tantummodo memoravit Sojutius. Alter est الاسكندرية - - - قرية على دجلة بازآء الجامدة بينها وبين واسط العراق خمسة عشر فرسخا. Quae h. l. memoratur الجامدة, secundum Abulf. p. ۴۳ est قاعدة البطآئح. Memoratur etiam in الجامدى, ubi tamen minus recte الجامد scriptum exstat. De tertio loco his verbis loquitur وقرية بين حلب وحماة من الشام اسمها اسكندرية. Pro اسكندرية autem vix dubito, quin hic legendum sit اسكندرونة, quae vulgo vocatur *Alexandrette* s. *Scanderoun*. Nam convenit situs, et etiam Abulf. p. ۲۹ hoc nomen sine artic. scribit. Tum, nisi nomen a praecedentibus paulo diversum scribendum fuisset, verba اسمها الخ vix apposuisset auctor. — not. *o*). Capitulum de الاسلمى, quamquam etiam in C. desideratur, tamen non videtur a Sojutio esse omissum. Certe in D. hic sequentia leguntur: الاسلمى الى اسلم كاحمد قبيلة من الازد والى جد.

الاسماعيلية. — not. *p*). Capitulum de الاسماعيلية, quod in *Spec. el-Lobabi* omissum est, exstat tamen in Ibno-l-Athiri codice.

الاسمندى. — والسكون والفتح والسكون. C. فالسكون فالفتح فالسكون.

الاسميثنى. — الكشانية. Sic recte C. et D.

الاسوارى. D. الاستوارى. — الاستوارى. — اسوارى. C. سوار. D. استوارى. — Post والاسوارية C. male inserit بطن, et ibidem post اصحاب excidit الاسوارى. — والاسوارى. D. والاستوارى. — رضى الله عنه. Deëst in C. et D.

الاسوانى. — Quod post السين exspectes الى اسوان desideratur in omnibus Codd. Caeterum in scriptione hujus nominis Sam'anensem errasse, idque pronuntiandum esse بضم الهمزة, confirmant Ibn Chall. ed. de Slane, T. I. p. vv; Abulf. p. ۱۱۲. — انتهى. Deëst quoque in C.

الاسيدى. — مصغرا. D. مصغر.

الاسيوطى. — تثليث. Notetur usus hujus verbi, quo significatur literae alicui tres linguae Arabicae vocales pro lubitu tribui posse. Idem usus recurrit in البصرى et التونسى. Cf. Hadji Chalfa, ed. Flügel, T. II. p. 222, d'Herbel. in v. *Tathlith*, Humbert, *Anth. Arabe*, p. 175. — المهملة انتهى. Desunt etiam in C. et D.

الاشبيلى. — اشبيلية. D. اشبيلة.

الاشنى. — فالسكون. D. والسكون.

الاشتابديزكى. C. الاشتابديزى. — اشتابديزة. C. اشتابديزه. Plurima locorum nomina sunt in regione Transoxana, quae desinunt in ديزه, aut ut Arabes plerumque scribunt ديزة. De forma nominis relativi ab his nominibus ducti cf. p. ١٩۴ not. *u* et p. ١٩٨ not *p*. Patet ex exemplis ibi allatis, plerumque in nomine relat., disparente ه, ei substitui ك aut ج. Interdum tamen simpliciter desinit in ديزى, ut in الفغانديزى, الامديزى, الاستغداديزى.

الاشتاخوسنى. C., additis vocalibus, الأَشْتَاخَوْسْتى et mox أُشْتَاخَوْسْت. Sed huic scriptioni, quacum pugnat Ibno-l-Athiri الأُشْتَاخُوْسْتى scribentis auctoritas, corruptio verborum in fine hujus capitis ansam praebuit. Corrupta verba والواو — مهملة sic offert C. والواو وفوقية مهملة, et D. والواو وفوقية ثم المهمله وفوقية.

الاشترى. — الاشتر. C. اشتر. — بلد. Addit Ibno-l-Athir: ويقال لها ليشتر. Lex. Geogr. apud Uylenbr. p. 63: أَشْتَر ناحية من نهاوند وهمدان وهو رستاق يتمونه اهله ليسير بينها وبين نهاوند عشرة فراسخ. Facile patet بينن legendum esse pro من, يسمونه pro يتمونه et ليشتر pro ليسير. Caeterum اشتر tanquam loci nomen, etiam apud Ibno-l-Athirum articulo caret.

الاشترجى. — اشترج. C. اشتر.

الاشتيخنى. — السغد. D. addit بسمرقند.

الاشجعى. — رَيْث. Sic C. et D. Cf. *Hamasa*, ed. Freytag, p. ١٨٩, l. 17. Ibn Chall. ed. de Slane, T. I. p. ٥٠.

الاشعثى. — الاشعث. Ibno-l-Athir اشعث, quod in notis textui subjectis notare neglexi.

الاشعرى. — نبت. C. بنت. — ادد. C. أُدَد. — يشجب. C. يشحب. D. شيجب. Ibn Chall. ed. de Slane, T. I. p. ۴٥٣, Sam'anensis auctoritate, يشجب. — عريب. C. عُرَيْب. — Caeterum in hoc capitulo Ibno-l-Athir offert sequentia a Sojutio omissa: والى مذهب ابى الحسن على بن اسمعيل البصرى المتكلم الاشعرى وهو من ولد ابى موسى الاشعرى. Haec in *Specimine el-Lobabi* quoque omissa sunt.

الاشكابى. — not. *z*). Capitulum de hac نسبة, in *Specim. el-Lobabi* omissum, exstat tamen in Ibno-l-Athiri Cod. his verbis: فاته الاشْكَابى هذه النسبة الى اشكاب البخارى.

الاشكربى. — المعجمة. Omittunt C. et D.

الاشموسى. — الاشموس. C. sine artic. ut B.

الاشمونى. — اشمون. Sic Codd. omnes et Ibno-l-Athir. E duobus locis nomine اشمون s. اشموم (posterior scriptio Abulfadao judice, p. ۱۱۸, melior est) notis, اشموم طناح s. اشموم جريش et اشموم الرمان (de quibus disputat Hamaker ad Ps. Wak. ann. p. 186) neuter significari potest, quum neuter pertineat ad الصعيد; sed significari puto urbem أُشْمُونَين, teste Abulf. p. ۱۱٥, sitam بالصعيد الاوسط. Perperam igitur Abulf. p. ۱۱۸ Lobabum citat, agens de اشموم طناح; caeterum illa quoque citatione confirmatur, revera jam Ibno-l-Athirum اشمون scripsisse.

الاشناندانى. — الى موضع الاشنان. Ibno-l-Athir; اشناندان معناه بالفارسية موضع الأُشنان. Ortum est nomen ex voce Persica أُشْنَان, quae significat cineres herbae *Alcali* dictae, quibus utuntur in lavandis vestibus, aucta terminatione دان, quae nominibus postposita significat locum vel vas in quo aliquid reponitur. Vid. Vullers *Instt. ling. Pers.* p. 168.

الاشنهى. Dignum est quod hic apponatur Ibno-l-Athiri additamentum: قال ابو سعد المالينى فى بعض تاريخه وربما قُرِئَ بالهمز ايضا الاشنائى كما ينسب الى قرية انش الانشآءى على غير قياس. Nomen relat. الانشآءى aliunde mihi non est cognitum.

الاصمعى. D. in fine hujus capituli addit: بفتح الهمزة وسكون الصاد به.

الاصهبى. — الاصهب. C. sine artic. — جعفى. Etiam C. offert جعفر. D. جعقى. — In margine Cod. C. hic appositum est capitulum sequens, quod sine dubio Sojutium non habet auctorem: الأَصيلى الى اصيلة مدينة بالغرب او الى اصيل بلد بالاندلس.

الاطرابلسى. — بلدتين. Etiam C. et D. بلدتان. — احداهما. C. et D. احديهما.

الاطهرى. — الاطهر. Ibno-l-Athir sine artic., quod ante notare neglexi.

الاعبودى. — الاعبود. C. sine artic. — السكاسكى. Etiam C. et D. السكاكى.

الاعاجمى. — not. *z*). Verba Cod. B. والى الاعاجم, quae ex mala repetitione orta esse putabam, offert quoque C., et nunc recte se habere puto. Certe Sojutium ita scribere potuisse, docet Ibno-l-Athiri locus in *Spec. el-Lobabi* omissus, sed quem integrum edidi in Proll. — سعد. C. سعيد.

الاعدولى. — ثانيه. C. ثانية.

الاعصرى. — اعصر. Etiam C. الاعصر. Cf. in الغنوى. — منبه. Sic recte editum esse

confirmant C. et D. — عيلان. Etiam C. غيلان. — not. *e*) الاعمشى. Ibno-l-Athir: هذه النسبة الى الاعمش.

الاعموقى. — الاعموق. C. اعموق.

الاغذونى. — وسكون المعجمة. C. وسكون المعجم. — Caeterum vide dicta ad الآغزونى.

الاغزونى. — الى اغزون. Haec desunt quoque in C. et D. In fine hujus capituli C. addit ايضا. Hic quoque cff. dicta ad الآغزونى.

الاغماتى. — والميم. Omittit C.

الاقراهى. Sic etiam C. et D. In Ibno-l-Athiri Cod. diserte additur بسكون الفا, et refertur capitulum ad باب الالف والفا. Sed sine dubio ipse auctor non ita scripsit, et apud librarios scribendi error etiam dispositionis errorem peperit.

الاقساسى. — الى الاقساس. Desunt quoque in C. et D. Supplevi ex Ibno-l-Athiro.

الاقصراى. C. الاقصرائى. — اقصرا. D. اقرصرا. De varia hujus nominis scriptione cf. Abulf. p. ٣٨٢.

الاقعسى. — الاقعس. C. اقعس.

الاقليدسى. — كتاب. Omittit C. — اقليدس. D. اقليد.

الاقليشى. — Post الى nomen اقليش, sed nihil praeterea, offert C. انتهى etiam in hoc Cod. omittitur. In D. contra lacuna hoc modo suppletur: الى اقليش مدينة لها حصن بثغر الاندلس انتهى.

الاكفانى. — الى بيع. C. ut B. لبيع.

الالواحى. — not. *x*) In Ibno-l-Athiri Cod. diserte additum est بكسر الالف, sed librarii errorem esse apparet ex Abulf. p. ١٠٥. — الالواح. Ibno-l-Athir sine artic., quod ante notare neglexi. Cf. Abulf. l. l.

الالوزانى. — الالوزان. C. sine artic. cui favet B. Et praeferenda videtur haec lectio coll. capitulo de الآلوزانى, quae sine dubio est alia tantum et fortasse melior ejusdem nominis relativi scriptio.

الالوسى. Ibn Chall. ed. Wüstenf. fasc. IX. p. ٤٤: وقيدها ابن النجار الآلسى ومد الهمزة وضم اللام والله اعلم بالصواب.

الامامى. — اخر. C. فى اخر.

الامامتى. — ظن. Sic quoque C. Sed unice verum est, quod offert D., لحن. Cf. in الاباحتى. — انتهى. Deëst quoque in C.

الأمامى. — سهل بن حنيف. Sic quoque Ibno-l-Athir; خيف بن سهل est editoris error.

الامديزى. — فالسكون. D. والسكون. — امديزة. C. امديزه. D. ام ديزة.

الاملى. — التمتام. D. التها.

الانجافرينى. — تحتانية. C. et D. تحتية.

الانجذانى. — انجذان. Freytag in *Lex.* scribit انجدان, utraque scriptio invenitur in Richardsoni *Lex. Pers.* Ibno-l-Athir addit: ظنى انه نوع من الزور, in quibus pro الزور reponendum puto الزهر. Accuratius Cod. C. in fine hujus capituli addit: وهو ورق شجر البحلتيت والحلتيت صمغه.

الانجفارينى. — انجفارين. Est alia tantum scriptio pro انجافرين, ut recte monet Ibno-l-Athir.

الانداقى. — سمرقند. Addit Ibno-l-Athir: وهو قرية على فرسخين منها يقال لها انداق ايضا.

الانداى. C. الانداثى.

الاندخوذى. — النخذى. C. الفخذى. Sed cf. in النخذى.

الاندذى. — اندذ, In *Spec. el-Lobabi* editum est انداذ, sed vocabulum in Cod. obscurius pictum potius legendum videtur اندذى. Nostri omnes offerunt ut edidi.

الاندرابى. — اندراب. Ibno-l-Athiro teste haec urbs promiscue vocatur اندراب et اندرابة (utraque scribendi ratio apud Abulf. invenitur, altera p. ۴۹۳, altera p. ۴٥۳); pagus vero Merwensis tantum اندرابة.

الانشميثنى. — not. *h*) الانصارى. Jam non dubito, quin haec نسبة a Sojutio omissa sit, certe desideratur in omnibus Codicibus. Ibno-l-Athir: الانصار هم جماعة من اهل المدينة من الصحابة من اولاد الاوس والخزرج قيل لهم الانصار لنصرتهم رسول الله صلعم وفيهم كرة [?] على اختلاف بطونها وافخاذها.

الانصناءى. C. et D. الانصناوى. Caeterum quod in *Spec. el-Lobabi* scriptum est الانصناوى et انصنا id quidem recte se habet. Nam As-Sam'ani diserte dixerat legendum esse بالصاد المعجمة. Sed in Cod. haec opposita est Ibno-l-Athiri observatio: قلت المعروف انصنا بالصاد المهملة لا بالضاد المعجمة.

الانطاكى. — بالفتح. Omittit C. Caeterum secundum Ibno-l-Athirum الانطاكى non tantum refertur ad urbem انطاكية, sed etiam الى الدوآء المُسْهِل يقال له الانطاكى.

الانطرطوسى. — انطرطوس. Sic recte C. et D. — بلدة من الشام. C. ut A. بلد بالشام.

الاوانى. — عشرة. Ita prius scriptum fuit in C., sed ة postea deleta est.

الاوبرى. — البا. Omittit C.

الاودنى. — والنون. C. rectius ونون. — قرية. Omittit quoque C. — الهمز. C. الهمزة.

الاودى. — صعب. D. مصعب. — من. Sic etiam Ibno-l-Athir; بن est editoris error.

الاوربى. In fine hujus capituli C. addit انتهى, quod contra deëst in sequenti. Male, ut Ibno-l-Athiri comparatio docet.

الاوزاعى. — رحمه الله. Omittunt C. et D. — Caeterum cf. Ibn Chall. ed. de Slane, T. I. p. ٣٨٦.

الاوسى. — الاوس. C. sine artic.

الاوفاضى. — وهم. C. ut B. ومنهم. — اهل الصفة. Vidd. Freytag, *Lex.* in v. صفّة. Tholuck, *de Ssufismo*, p. 26. Abulf. *Ann. Mosl.* T. I. p. 198. Weil, *Mohammed*, p. 83, et saepius.

الاوهى. — اوه. Abulf. p. ٣١٨ scribit آوه, rectius ut videtur, et monet hanc esse aliam tantum scriptionem pro آبه, de quo vide in الآبهى.

الاولومى. Etiam C. offert الالومى et الوم.

الاولاسى. C. adscriptis vocalibus الأَوْلَاسى, conspirante Ibno-l-Athiro. — بلدة. C. بلد.

الاويسى. — مصغرا. D. مصغر.

الاهجورى. — الاهجور. C. sine art. — بطن من. C. من بطن. Ante بطن D. male inserit قلت.

والاهرى. C. والاهرمى. — اهر. C. اهرم. — كاكل. C. كاكلب. — اهريج. C. اهريم. Puto tamen recte se habere scriptionem hujus nominis in A, B. et D. Non memoratur haec urbs ab Abulfadao, sed d'Herbel. scribit *Aher* in voce.

والاهلمى. C. adscriptis vocalibus والأَهْلَمى et mox كَاَقْفَلْ. Male.

الاهوازى. — بلدة. C. بلد.

الايادى. — معد. C. مُعْد. Sed pronuntiandum est مَعَدّ.

الايامى. — ايام. Addit Ibno-l-Athir: ويقال يام ايضا. Cf. in اليامى.

الايبسنى. — البا. Omittit C.

الايدعانى. — ايدعان. Aliae duae hujus nominis tribus memorantur ab Ibno-l-Athiro: ايدعان فى حضرموت et ايدعان بطن من الصدف.

الايذوخى. — ثلاثة. C. ثلثة. — رحمه الله. Omittunt C. et D.

الايغانى. — بنج ديه. C. پنج ده. D. بنج ده. Vid. in البنجديهى.

الايلى. — ايلة. In *Spec. el-Lobabi* male scriptum est ايل. In Codice vocabulum desideratur.

الايلاقى. — not. *n*). Etiam C. offert قلت, sed deëst ibi انتهى. In D. neutrum adest, sed post الشاش additur المتصلة بالتركة. De ايلاق cf. Abulf. p. ۴۹۵.

حرف البا

C. offert باب حرف اليا.

البابانى. — بابان. Ibno-l-Athir بابى, quod recte se habere potest, nam ن saepe inseritur in nom. relat. Neque statuendum est بابان revere esse duale a باب. Nomen enim Persicum est, et ب cum tribus punctis infernis scribi posse monet Ibno-l-Athir. Itaque statuendum foret nominis relativi formam Sojutium in errorem induxisse. — لفظ. C. et D. بلفظ.

البابدستانى. D. الباب دستان.

البابرتى. — بابرتى. Sic quoque Ibno-l-Athir primo, sed paulo infra بابرت.

البابسيرى. D. الباب سيرى. — بالاهواز. Ibno-l-Athir: من قرى واسط وقيل من قرى الاهواز.

البابشيرى. C. addit بالمعجمة, quod exstat quoque in B.

البابقرانى. — بابقران. Ibno-l-Athir بابقّران. Voluit Sojutius, opinor, pronuntiari بابُقْران.

البابكسى. — باب كس. Ibno-l-Athir: يقال لها بالعجمية دروازه كس. Abulf. p. ۴۹۳ offert باب كَشّ.

البابكية. C. offert بموحدتين وكسر الكاف مُقْرَد البابكى وهم اتباع الخ.

البابناءى. C. البابنائى. D. البابناى.

البابى. — باب الابواب مدينة دربند. Melius Ibno-l-Athir post الابواب inserit وهى. — بابة.

In hoc nomine monet Ibno-l-Athir, شدّد بعضهم البا الاولى; sed pro الاولى sine dubio الاخرى est legendum. — In fine hujus capituli monet idem البابى etiam referri الى جد المنتسب اليه. Integer Ibno-l-Athiri de البابى locus editus est in Abulfedae *Tabb. quibusd. Geogr.* ed. Wüstenfeld, p. 94.

الباجخوستى. — قلت. C. وقلت. — وقال. C. et D. قال.

الباجراى. C. et D. الباجرى, male. — باجرا. Ibno-l-Athir باجرى.

الباجسراى. C. الباجسرى. — باجسرا. Ibno-l-Athir باجسرى.

الباجى. — الى باجة. Desunt in D.

الباخرزى. — Post hocce capitulum apud Ibno-l-Athirum sequitur capitulum de **البادا**, de quo vide mox in البادوى.

البادراى. C. البادرائى.

البادسى. — بادس. Duplex exstat hujus nominis locus, quos Ibno-l-Athir vocat بادس فاس (quae apud Abulf. p. ١٢٤, ni fallor, باديس) et بادس الزاب; sed nullum virum memorat, cujus نسبة refertur ad posteriorem.

البادوى. — بادويه. Sic recte C.; sed Ibno-l-Athir, ut A. et B., بادوية. Notum est terminationem Persicam ويه ab Arabibus saepe, quamquam male, scribi وية, atque sic Codicum auctoritate, uno excepto loco, (vid. p. ٤٧ not. *q*) edidi quoties infra recurrit. Codex A. in punctis hujusmodi nominibus apponendis maxime sibi constat; in B. interdum, in C. saepius omittuntur. — Sequitur apud Ibno-l-Athirum capitulum de **البادى**, quod nomen relativum non est, sed participium verbi بدا. Causa hujus nominis, quo insignitus fuit ابو الحسن احمد بن على, jurisconsultus e secta Malikitarum, qui obiit anno 420, ipsius hujus viri verbis, sed anonymi cujusdam viri auctoritate, sic ab Ibno-l-Athiro refertur: وُلدتُ انا واختى تَوْمانِ فخرجتُ قبله فقيل لى البادى. Perspicuum est in his verbis aut واختى aut قبلها esse legendum. Addit Ibno-l-Athir pro البادى vulgus efferre البادا, sed in capitulo de البادا (vide paulo supra in الباخرزى) scribit: عرف به بعض اجداد المنتسب اليه وهو ابو الحسن احمد بن على . . . المعروف بابن البادا. Fortasse haud immerito conjeceris البادى esse nomen relativum ab البادا ductum, et narratiunculae modo traditae nullam fidem esse tribuendam.

والباذبينى. D. والباذبنتى — باذبين. D. باذبنتى.

الباذغيسى. Quae in hoc capitulo memorabilia offert Ibno-l-Athir e Lobabo jam excerpsit Abulf. p. ۴٥٥.

الباذنى. — بالفتح. Omittit C.

البارانى. — باران. Ibno-l-Athir يقال لها دَرّه باران.

البآر. Rectius B. البـآر, conspirante Ibno-l-Athiro, qui diserte addit: بتشديد الالف الممدودة. Ex hac enim scriptione explicatur locus huic nomini assignatus. C. البئّار. D. الباءر. — Sequitur apud Ibno-l-Athirum post hocce capitulum: البارد هو لقب الخ.

البارديزى. — بارديزة. C. et Ibno-l-Athir melius بارديزه.

البارسكتى. — Post hocce capitulum sequitur apud Ibno-l-Athirum: البارع هذا لقب لمن يبرع فى نوع من العلم واختص به جماعة من الشعراء الخ

البارقى. Integrum Ibno-l-Athiri de hac نسبة locum edidi in Proll.

البارنابادى. In Ibno-l-Athiri Cod. البارباباذى et mox بارباباذ. — قلت. C. وقلت.

والبارنبارى. — دمياط. C. دمياد.

البارودى. — Post فلسطين D. addit عند الرملة, quod etiam legitur apud Ibno-l-Athirum.

البازبداى. — بالجزيرة. D. بالموصل او الجزيرة.

البازبارى. Vera scriptio est البازيارى et mox البازيار, quod ex Ibno-l-Athiro constat, qui diserte offert البازيارى et البازيار بالزاى الساكنة والبا المفتوحة اخر الحروف بكسر الزاى وفتح البا من تحتها باثنتين. Sojutium hanc scriptionem in suam quoque epitomen transtulisse, vel locus quo capitulum collocatum est demonstrat. C., plane ut A., offert البازيارى et البازيار, D. pro posteriori ut B. البازبار. In Castelli et Richardsoni Lexicis Persicis inveniuntur formae: بازبار, بازبام, بازبان, بازدار et بازيار.

البازى. Ibno-l-Athir sequentia offert: البازى والعامة تقوله بالزاى [An بالثا ?] المنقوطة بثلاث من فوقها وهى قرية من قرى مرو على سبعة فراسخ يقال لها باث - - - وباث ايضا قرية من قرى طوس والنسبة اليها ايضا بازى وقد عُرّبت فقيل فيهما فازى بالفا. Fieri potest ut pro باث utroque loco legendum sit باز. Caeterum cf. in الفازى.

والباسندى. — السين. Omittit etiam C. De situ urbis باسند doleo me nihil invenire potuisse.

البا‌عقوبى. — باعقوبا. C. عقوبا. Dubitat Ibno-l-Athir utrum idem sit hic vicus ac بعقوبا, de quo vide infra in البعقوبى, an diversus. Locum ejus integrum edidit Wüstenfeld in *Abulf. Tabb. quibusd. Geograph.* p. 95. Cf. etiam Abulf. p. ٣٩٤.

البا‌غاءى C. الباغايى. — قبل. C. قيل.

الباغى. — باغ. Ibno-l-Athiro teste vocatur etiam بيزن.

الباغشى. — شين. Omittunt etiam C. et D.

الباغناباذى. — والبا الموحدة. C. et D. والموحدة. — واخره. D. اخره.

البافى. — بالفا. Omittit C.

والباقدرانى. — الدال. Omittit quoque C.

الباكساى. C. الباكسانى.

الباكوى. C. الباكوبى. — باكوية. C. باكوبه. Caeterum integrum de hac نسبة Ibno-l-Athiri locum offerunt Prolegomena nostra.

البالاى. C. البالائى. — مرو العجم. Mira mihi videtur haec appellatio, quam alibi me legere non memini. Ibno-l-Athir simpliciter offert مرو. An fortasse additamento ansam praebuere verba ibi statim sequentia, sed ad nomen بالا referenda: يقال لها بالعجمية كوالا.

البالسى. Verba inde a ومهملة usque ad finem capituli desunt in D., sed eorum loco substituta sunt verba والقاف الى بالقان من قرى مرو, ex sequenti capitulo repetita.

البالقانى. Monet Ibno-l-Athir: البا بالفارسية مثلثة من تحت.

البالكى. — بالك. C. male بالكه.

البالوجى. — بالوجوزجان. C. بالوجورجان, Ibno-l-Athir بالوحورجان.

البالوى. C. البالوبى. — بالوية. C. بالوبه, rectius ut videtur.

الباماوردى. D. البالوردى.

والبامردنى. — بامردنى. C. et D. بامردنا.

والبامنجى. C. hic in margine addit بكسر الميم والجيم, sed quum statim sequatur بالنون والجيم, perspicuum est haec verba non ab ipso libri auctore proficisci potuisse. — بامثين. Sic recte C.

الباميانى. — غزنة وبلخ, C. D. et Ibno-l-Athir بلخ وغزنة.

البانبى. — با. Omittunt C. et D.

البانياسى. — من بلاد فلسطين. Sic scripsit Sojutius Sam'anensem secutus, neglecta Ibno-l-Athiri correctione, qui haec addit: قلت ان قوله بانياس من فلسطين ليس بصحيح انما هى من جند دمشق وتعرف بمدينة الأسباط بينها وبين فلسطين بعض جند دمشق وجميع جند الاردن فان الشام خمسة أجناد اولها من الفرات جند قنسرين ثم جند حمص ثم جند دمشق ثم جند الاردن ثم جند فلسطين وكل جند من هذه عرضه من ناحية الفرات الى ناحية فلسطين وطوله من الشرق من طرف البر الى البحر. Postrema Codex male sic effert: من طرف البر الى البر الى البحر.

الباوردى. In fine hujus capituli D. addit: قال فى المراصد باورد بفتح الواو وسكون الرا وشنا وهى ابيورد بلد بخراسان بين سرخس وشنا انتهى. In his vix dubito quin pro وشنا legendum sit ونسا. المراصد est liber notissimus, qui vulgo *Lexici Geographici* nomine fertur, et Arabice dicitur كتاب مراصد الاطلاع. Hocce autem codicis D. additamentum sine dubio non ipsum Sojutium habet auctorem, qui librum المراصد nusquam citat. Caeterum cf. in الاباوردى et الابيوردى, et Abulf. p. ۴۴٥.

الباهلى. Integrum Ibno-l-Athiri de hac نسبة capitulum edidi in Proll.

البايانى. Post hocce capitulum sequitur apud Ibno-l-Athirum: البَبْغا هذا لقب النح. Cf. Ibn Chall. ed. de Slane T. I. p. ۴۱٥, et Freytagii *Lex.* v. ببغا.

البينى. — بسكون. D. recte (conspirat certe Ibno-l-Athir) بفتح الاولى وسكون. — بينة, ut monet Ibno-l-Athir, vocatur etiam بَوْن, et nomen relativum inde ductum vulgo est البَوْنى, de quo vide infra suo loco. Cf. Abulf. p. ۴٥٥.

البتانى. — الفوقانية. C. et D. الفوقية.

البنتخدانى. D. البيخدانى. — الفوقية. D. التحتية. — بنتخدان. D. بنخدان (sic). — الموحدة. Omittunt C. et D.

البتمارى. — بتمار. D. بتمارى. — النهروان C. sine artic. Cf. annot. textui subjecta, p. ٧١ not. *e*, et p. ٣٩٩ not. *e*.

البتنينى. Sequitur post hocce capitulum apud Ibno-l-Athirum capit. de البتيتنى, quae est alia tantum ejusdem nominis scriptio, quam Sojutius erroneam habuisse et propterea omisisse videtur. Locum Ibno-l-Athiri integrum edidi in Proll.

البتى. — بالبصرة. Pro certo affirmat Sojutius, quod tanquam conjecturam proposuerat

Sam'anensis. Conjecturae causa haec esse videtur, quod عثمان البتى, de quo deinde in hoc capitulo agit, etiam البصرى vocatur; sed falsa est conjectura, ut ostendunt quae disputavit Sacy, *Anth. Gramm.* p. 144.

البثنى. — البا. Deëst in C. et D. — ومثلثة. Sic etiam C.; attamen mox adscriptis vocalibus recte offert البَثَنِيّة et البَثْنَة. D. وبمثلثة.

البجارى. Legendum est البجادى et mox بجاد, ut offerunt D. et Ibno-l-Athir. C. scribit البحادى et بحاد. Caeterum apud Ibno-l-Athirum legimus: اهل النسبة يقولون نجاد بالنون واهل الحديث يقولون بجاد بالبا.

